

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska, wariant wawelski

Rękopis Biblioteki Kórnickiej, sygn. 800 (Kodeks Działyńskich IV), s. 123–124

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 53

[53] De querela manifeste actionis. LIII

Si vir vulneratus ad iudicium deductusi *[s]* fuerit cum clamore in facto manifesto, ut si ita debilis fuerit, quod per tutorem ipsum oportet querulari et prolocutorem sentenciam petat, extunc tali modo sua procedat querela: "Domine iudex, si me huic vulnerato dedisti[s] prolocutorem, extunc in sentencia requiro, *[l]* si per iusticiam insidias per aliquem debeo pati, aut sustinere ad suam causam propter iuris exigenciam teneo". Extunc sibi diffinitur, quod non. Extunc petat correctionem. Cum hanc obtainuerit, tunc petat pro consilio colloquium, et tunc non colloquium habuerit, tunc inquirat, qualiter suam querelantur debeat inchoare, et per hoc per sentenciam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interroget sentencialiter, utrum requiri debeat ab ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et cum ipsis preco, aut duo viri, qui in iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audiant, a quo suam habuerit lesionem, vel quis in eo pacis federa infregit. Extunc requiritur sentencialiter, si interrogari debeat, tunc iuramentum prestitum aut ius civitatis, quod ab eo audivit vel audiuerit. Tunc unus interrogetur ad dicendum, quid ab eo audiuerit. Audita responsiva sua, tunc in sentencia requiritur, quod sic et sic interrogetur *[s. 124]* secundus et tertius. Deinde querela incipiat: "Domine iudex, placeat attente audire." Tunc hic N conquerit super P D R, quod ipsi venerunt intra municipale, et pacem in eo infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem occiderunt, si homicidium fuerit, et spoliaverunt ipsum in corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi ter vocentur, quando vero citati fuerint ipsi per clamorem, tunc conqueratur ulterius et nominet malefactores, ut prius fuerat querulatum. Idem faciat tercia vice. Extunc inducie illis per noctem inducentur. Si tunc non comparent, perscribentur. Si autem comparent, duellum potest in eis aquiri.

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]